

IOANNIS  
PAVLI MELII  
V-PRÆSIDIS,  
CONSILIARII STATVS,

GENERALIS HEBRÆORVM CONSERVATORIS,  
in Ducatu Montisferrati, &c.

*Regnantibus Serenissimis olim CAROLO II. & nunc FERDINANDO CAROLO  
illis Mantua, &c. Ducibus.*

ADDITIONES ET OBSERVATIONES AD CASTILLVM  
DE ALIMENTIS, cum decisionibus Sacræ Rotæ Romanæ  
ad materiam facientibus, hæctenùs non impressis.

*Accessit quoque Index locupletissimus.*



LUGDVNI,  
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXVII.  
CVM PRIVILEGIO REGIS.

14  
14155



# CAPVT PRIMVM.

## SVMMARIVM.

- 1 Alimenta, & sumptus litis debentur, consistit de paupertate, & bono iure Actoris, facti ut num. 2. sed contra num. 3. Non debentur si utriusque concurrat paupertas num. 4. Debeat etiam si sit super vniuersitate bonorum non pendeat num. 5. Dum disputatur an debeat in negotio principali superferri debet num. 6. Et interio prastari debent num. 7. A creditore prastari debent debitori, cui sequestrata fuerunt bona num. 18.
- 8 Alimenterum taxatio iudicis arbitrio remittitur, secus quoad expensas litis n. 9.
- 10 Paupertas est concludenter probanda ad effectum consequendi alimenta, & sumptus litis: Amplius ut num. 11. A maioribus presumitur num. 12. An ad iudicis arbitrio remittitur num. 13.
- 14 Iuris boni presumptio ex sententia regulariter presumitur sed vide n. 16. & 17.
- 15 Executio in causa alimenterum per appellationem non impeditur.



**H**ORNATA per Authorem cap. 52, ob quam ad dilucidationem materię alimentorum magis exactam, quam veteres prestitissent se accinxerit, in hoc capite se diffundit tantummodo in enumeratione Doctorum, quorum studio precipue, ac diligenti rimatione vsus est in compilatione operis; quoniam verò controuersias aliquas in eadem materię de industria neglexisse proferat, nonnullas igitur æque viles, necessarias, ac practicabiles ressumam.

In primis ergo ex sola paupertate litigantis cũ diuitem alimenta, & sumptus litis egeno non subministrantur, nisi etiam cum paupertate boni iuris presumptio concurrat ex enunclatis per nos allegat. 113. num. 4. 11. & 25. lib. 3. quibus accedunt Riccinl. de iur. pers. lib. 2. cap. 1. num. 1. vbi quod etiam Hæbreo debeantur. Allograd. conf. 95. num. 52. lib. 1. Ludouil. decis. 524. num. 2. Io. Ant. ab Eccles. obseruat. 10. num. 11. & prius obseruat. 9. num. 11. Galeote. controuers. 6. num. 34. & 35. lib. 1. Iarè Io. Franc. Andreeol. controuers. 263. num. 1. 2. & 3. Merend. controuers. 30. lib. 5. Spad. conf. 313. num. 2. 5. & 6. lib. 2. Leoncill. de priuileg. pauper. 22. num. 1. & segg. p. 2. & decis. Ferrar. 72. num. 1. & decis. 101. num. 1. Rubad. Rot. decis. 617. à num. 115. vsque ad n. 136. p. 4. tom. 3. & decis. 26. num. 42. part. 8. & decis. 50. num. 1. & segg. part. 9. tom. 1. recent; Rot. coram Orthob. decis. 332. n. 1. Fontanell. decis. 394. num. 11. eadem Rot. in Anticontra alimentorum 4. Iunij 1646. in princ. coram R. P. D. Arguelles, & in Romana binorum seu De Alimentis Tract.

vsus fecit 9. Ianuarij 1625. 5. deservit si quidem Zavate, & in Romana alimentorum 23. Ianuarij 1638. in princ. coram R. P. D. Albergate. Bottigl. de success. ab intest. cap. 3. T best. 113. num. 15. & segg.

Non debentur tamen pendente lite alimenta ei, qui agit contra contractum, & renouationem à se factam secundum opinionem Monach. decis. Boen. 5. num. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. part. 12. num. 46. & decis. 139. n. 11. Gratian. discept. for. 236. num. 22. Milan. decis. 36. num. 30. & decis. 17. num. 24. lib. 1. Io. Franc. Andr. controuers. 263. num. 13. & controuers. 302. num. 1. Quoniam tamen opinio amplectenda non venit, tanquam communiter reprobanda, & contra quam iudicauit Sensus Montisferrati teste Surd. de aliment. tit. 1. quest. 123. in fin. quem sequuntur Fontanell. sibi contrarias de pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. part. 4. n. 35 & segg. Rot. in Anticontra alimentorum 4. Iunij 1646. 5. nec visis suis coram R. P. D. Arguelles. Inclinar Leoncill. de priuileg. pauper. 22. n. 47. part. 2. Spad. conf. 138. num. 8. lib. 3.

Verum si utriusque paupertas concurrat, tunc cessat ratio prestandi alimenta & sumptus litis, quoniam ad ea pauper eiga alium pauperem non tenetur, ut dicebam d. allegat. 113. n. 10. lib. 3. & comprobant Gratian. discept. 954. num. 28. Ferencill. ad Buzas. decis. 707. num. 9. alios recent. Leoncill. de priuileg. pauper. 20. num. 1. & 5. & priuileg. 22. n. 32. part. 2. Beltram. ad Ludouil. decis. 189. sub num. 7. vers. Item etiam requiritur, Io. Franc. Andr. controu. 263. n. 10. Anton. de Martin. resol. 149. n. 33. lib. 1.

Ad effectum consequendi alimenta, & sumptus litis necessarium non esse, quod lis pendat super vniuersitate bonorum, sed etiam in lite super re, & aut credito particulari concurrentibus requisitis alimenta, & sumptus litis deberi subiungebam d. allegat. 113. num. 17. lib. 3. à qua quidem opinione non videtur recedendum per ea quæ in oppositum deduxit post alios Io. Ant. ab Eccles. obseruat. 9. num. 12. & obseruat. 10. n. 19. vers. sed Surdi lib. 1. Riccinl. de iure person. lib. 2. cap. 11. num. 6. Leoncill. de priuileg. pauper. 22. num. 36. part. 2. Siquidem contraria opinio à nobis firmata, pluries per Rotam amplexa insuper canonizata apparet in Asculana pecuniaris 5. Aprilis 1647. coram R. P. D. Celfo. Ioan. Franc. Andr. controuers. 263. num. 5. Rota decis. 50. n. 10. part. 9. tom. 1. recent.

Interim dum super pretensione alimentorum disputatur in negotio & principali causa suspenditur. Veroll. decis. 22. num. 1. & per istam part. 1. Leoncill. de priuileg. pauper. 22. num. 20. part. 2. Rota in Famen. dote. 20. Aprilis 1641. & demum coram R. Cetero impellat quod nos post alleg. 124. lib. 3. quo quidem alimenta, & sumptus litis ex

S. ROTÆ ROM.  
DECISIONES,  
EANDEM ALIMENTORVM  
MATERIAM,

*7 N*

OBSERVATIONIBVS DISCVSSAM  
CONCERNENTES.